

Credo Pudicitiam Saturno rege moratam  
in terris visamque diu, cum frigida parvas  
praebet spelunca domos ignemque laremque  
et pecus et dominos communi clauderet umbra,  
silvestrem montana torum cum sterneret uxor  
frondibus et culmo vicinarumque ferarum  
pellibus, haut similis tibi, Cynthia, nec tibi, cuius  
turbavit nitidos extinctus passer ocellos,  
sed potanda ferens infantibus ubera magnis  
et saepe horridior glandem ructante marito.  
Quippe aliter tunc orbe novo caeloque recenti  
vivebant homines, qui rupto robore nati  
compositive luto nulos habuere parentes.  
Multa Pudicitiae veteris vestigia forsitan  
aut aliqua exstiterint et sub Jove, sed Jove nondum  
barbato, nondum Graecis jurare paratis  
per caput alterius, cum furem nemo timeret  
caulibus ac pomis et aperto viveret horto.  
Paulatim deinde ad superos Astraea recessit  
hac comite, atque duae pariter fugere sorores.

Je veux bien croire que la Pudeur, sous le règne de Saturne  
séjourna sur terre et s'y montra longtemps, quand de froides  
cavernes constituaient d'étroites demeures, et contenaient foyer,  
Lares, troupeaux et leurs maîtres dans une ombre commune ;  
quand l'épouse errant sur les monts faisait une couche silvestre de  
feuilles, de chaume et de peau des bêtes féroces,  
bien différente de toi, Cynthia, ou de toi dont  
la mort d'un moineau a troublé de larmes les beaux yeux ;  
elle offrait ses fortes mamelles à des enfants déjà robustes,  
et paraissait plus horrible encore que son époux rotant le gland.  
C'est que dans l'univers tout neuf et sous un ciel récent,  
ils vivaient bien autrement que nous, ces hommes qui, sortis  
du coeur des chênes ou pétris de limon, n'eurent pas de parents.  
Peut-être des vestiges de l'antique Pudeur subsistaient-ils  
même sous Jupiter, mais un Jupiter encore sans barbe,  
quand les Grecs n'étaient pas encore enclins au parjure,  
que personne ne craignait le voleur pour ses légumes  
et ses fruits, et qu'on n'avait pas à clore son jardin.  
Mais ensuite, peu à peu, Astrée est remontée vers les dieux,  
en sa compagnie, et les deux soeurs ensemble se sont enfuies.



Astrée, devenue la constellation de la Vierge après sa remontée vers le ciel – vers 1490  
Fresque de Fernando Gallego Boveda – Voûte de l'ancienne bibliothèque  
des Ecoles mineures de l'université de Salamanque